

# Gospel for the Feast of St. Peter Chrysologus

Tonus evangélii

**D**




Ominus vobíscum. R̄. Et cum spí-ritu tu-o. V̄. Sequénti-a Sancti



Evangé-li-i secúndum Matthæ-um. R̄. Glóri-a tibi Dómine.


**I**




-n illo témpore: Dixit Jesus discípu-lis su-is: Vos estis sal terræ.




Quod si sal evanú-erit, in quo sa-li-étur? Ad níhi-lum va-let ultra, ni-si ut




mittátur foras, et conculcétur ab homínibus. Vos estis lux mundi. Non po-




test cívi-tas abscóndi supra montem pósi-ta. Neque accéndunt lucérnam,




et ponunt e-am sub módi-o, sed super cande-lábrum, ut lúce-at ómnibus




qui in domo sunt. Sic lúce-at lux vestra coram homínibus, ut víde-ant




ópera vestra bona, et glorí-ficent Patrem vestrum, qui in cælis est.



No-lí-te putáre, quóni-am veni sólvete legem, aut prophétas: non veni



sólvete, sed adimplé-re. Amen quippe dico vobis, donec tránse-at cælum



et terra, i-óta unum, aut unus apex non præteríbit a lege, donec ómni-a



fi-ant. Qui ergo sólverit unum de mandá-tis istis mínimis, et docú-erit



sic hómines, mínimus vocábitur in regno cælórum: qui autem fécerit, et



docú-erit, hic magnus vocábitur in regno cæló-rum.